

Maffei regi laudensi ad eustathium praefatio

MAFFEI VEGII LAVDENSIS AD
EVSTATHIVM PRAEFATIO.



Um repeterem nuper ani/
mo Eustathi frater id qd se
pe soleo: tam p uersos in o
mni mortalium statu cor/
ruptos q; uiuedi mores/ at
tenderem q; nihil/non ple/
num fraudis & improbita
tis: aggressus sum nouam
breuem q; &: ut puto: non


inocundam ingenii lucubrationem. que & si primo
conspetu admiratione tibi fortasse sit allatura/ q; q
in condendis poematibus studia mea haecenus impē
derim liberam nunc p̄mum soluta q; dictionem am/
plectar: quum animaduertes tamen diligentius rei
de qua scribendum fuit inuentionem: nō modo non
admiraberis sed ultro & iā quaecunq; est quod egim
approbabis. Nā i primis nec ab poetę officio discessi
mus: quod per se satis ista scriptio atq; aperte mani/
festat. nec licet poema ediderimus: potuimus facile
opus dialogo contextum quod p̄sertim neq; tragi
cum neq; satis comicum est/ adstrictiorib; numeris ex
plicare. Q; si qbusdam fortasse uidebitur oratio nrā
mordatior q; uel ego soleam: uel delicata multorum
ingenia patiantur: rogatos eos uelim ut rationē ani
mi nostri equanimius suscipientes existiment nō tam
me omnium hominum q; humanorum omnium sta/
tuum uitam coarguisse: putent q; non ita damnalesse

me mortales scelerum eorum / ut nō aliquos tamē ex
singulis eorum statib⁹ credam bonę frugi semper ex
titille. Hos ego: si qui sunt temporibus nostris: non
dubito pro constantia uirtutis eorum libello meo
congratulatuos: reliquos uero qui conscientia flagi
ciorum suorum acti dicta omnium pariter & scripta
in se iaci suspicant / uideo & accusatuos susceptū la
borem nostrum. & ut ad risum sunt faciles & aliquā
do irrisuros. Sed age accusent atq; irrideant ut lib&. |
quos certe minoris pendo q̄ floccos indumenti mei.
Te autem germane charissime / cuius egregiam uirtu
tem: & cum uirtute coniunctum / mirum litterarum.
amorem ac studium intelligo: p̄suasi mihi: non postre
mum fore qui scriptiuncule nostrę congratulatum i
res. quem quoniam ita p̄suasi / dignum & iam duxi
in sup / cui eam quasi quodam iure dedicarem. Verita
tem igit̄ nostram ita uulneratā atq; cruenta m uti de
scripsimus tibi mitto tanq̄ idoneo hospiti. Tu ipsam
& amice & humaniter suscipito: tractato q; non secus
ac alē Philalethes. Proficiscit̄ siqdē ea ad te libent. nā
cum sciscitāti illi multum morē tuos integritatē q; ui
tę commēdassem: exiuit statim gaudio & p̄re deside
rio quo te uisendi correpta est ocius euolauit. Ornāt
alii germanos suos auro & gemmis preciosa q; supel
lectile: ego te bonis disciplinis: claris morib⁹ rectis q;
uiuendi exemplis semper ornare studui. quod & iti
dem facio in p̄sentia: Sed cum fluxa illa & momen
tanea: hęc uero stabilia atq; eterna sint: quantum alte
ra alteris p̄stent qui ignorat nō desipit ille iudicio
meo sed insanit .

PHILALETHES

SATIUS VERITAS





PHILALETES

Ve nam es tu mortalium
que p uasta hęc montium
iacella q̄ aliis uagaris lo
ca! VE. Parce me morta
lẽ appellare: que diuino
magis ex semine procrea
ta sum. PHI. Diuinum est
ne nūmen tibi! VE. Vtiq̄

PHI. Quenā ergo tu celestium es! dic mihi. VE. Et
si mille mihi iterum ingruant tormenta/nunq̄ tamen
meum subtricebo nomen. PHI. Quid tormenta nar
ras! quid est quod propter me extimescas! qui ledere
neq̄ leui quempia unq̄ neq̄ plane uolui. Effare agē
nomen tuum. VE. Alethiam graui: ueritatem me la
tini uocant. PHI. Tu ne ueritas filia temporis! VE.
Illa ipsa sum: sed alio inde ex parente orta. PHI. Au
diueram equidem quosdam credentes ex tempore ge
nitam. VE. Audire potuisti: facile. fuerunt enim cer
to qui ita crediderint: neq̄ inepta fuerit eorum ratio
credendi: nam cum sub apto semper aere degam: ne
q̄ tegar unq̄: latebris q̄ unq̄ ullis occludar: si regi ta
men aut occludi per uim forte contingat: tanta sum
barum quas cernis alarum pernicitate: tanta q̄ cor
poris agilitate & aptitudine: ut nec ubi multum late
re: a nullo quoq̄ diutius celari possim. que proinde
& nuda sum semper ut uides/nullo unq̄ amictu conte
cta. Qua ducti illi ratione/que ueritatis similis esse ui
detur: putauerunt me eo patre generatam/qui omni
a quantumcunq̄ occultissime agantur detegit aliqua

do atq; manifestat. Verum ut indubitatum parentē
meum intelligas. audisti unq; magnum olympi recto
rem ex cerebro genuisse sapientiā illam quam uocant
pallada: Hęc mihi soror: ille mihi parens/ edita sum
ego eodem partu: eodem semine. tāta q; est duarū so
rorum int nos uolendi ac sentiēdi paritas: tanta uul
tus faciei q; similitudo: ut utram uideris dicas in no
bis nihil pret nominum appellationē differre. PHI
O faustum hunc mihi diem meliore q; lapillo nume
randum: quo tādē uidere te mihi cōtingit: cui? uidē
de incredibili iamdiu desiderio flagrabā: ppe q; tate
scebam. per quas te nō quęsiui urbes: p q; nō uicos &
oppida: qbus nō anxio erraui siluis dum te quęrito:
qbus non mōtib;: qbus nō inuis & uastis locis: ut
quam te unam animo mēte q; gerebam intueri saltem
aliquādo possem. O letum me hodiē & pbeatum: cui
quam nō inueni quęsitā totiē: repire tandem inspera
casus dedit. Sed tu dic. agnoscis ne me? VE. Haud
agnosco te. PHI. Tuum ne philalethem q; non est alī
amātor tui? VE. Tu ne philalēthes meus? PHI. Phi
lalēthes. VE. Q; popratū te offers mihi: quē nō mi
nore uidēdi desiderio quęsiui ubiq; gētium. Quotiē
inuocauī nomē tuum atq; inelamaui. putauerā te ci
uitates colere. frequentē esse int conuentū hominum
Sperauerā tibi magnum esse & celebre nomē in popu
li. Sed qbus nunc te uideo errantē in aspīs atq; deser
tis locis squalore obsitū: horridūlum: ueste sordidu
lum: pallidulum: incomptū: soluagū: incognitum:
despectū: qd mirū si nūlq; tibi dum ubiq; te uocarē ex
audiebar. O letā me nō min? hodiē & pbeatā: cui uo

catum te antea toties post longa tandem mala mea in
opinatus hic dies atq; locus obtulit. Sed cur (edillere
mibi) tam incultus es & ueste lacer: tam squalidus &
abiectus: cur hec habitas que pre horrore fere & iam
loca refugerent: PHI. Edisseram tibi ut lib&. Sed in
primis: quandoquidem miserabilior tua conditio ui
detur: expone mibi cur tantis tu confecta uulnerib;
tanto q; sis cruore conspersa atq; fedata: cuius olim
tam eximiam esse forma accepam atq; liberalem. cui
ex ore candidiorem sole & iam splendorem scintilla/
re predicabant: cuius frontis neq; hilarior neq; tristi/
or: cuius aspectus neq; deiectus humilior: neq; pro/
fusus licentius: neq; euectus altius: sed reuerenda q;
da & formidabili q;si maiestate condit; ferebat. Ubi
nuc decor ille lōge let? longe q; charites illas exupe/
ras: ubi nuc rata illa forme dignitas simulacris & iam
omnib; emedatior: ubi uenustas oris & elegātia: ubi
capillorū rutilatio: candor corporis: honor oculorū
& gratia: cur imutata nuc omnia deformata: cōspur
cata: coingnata: Quinā dic mibi ita te cōfoderūt cō
follam q; ita crudelit; affecerūt ut nullam uideā sine
uulnere sine q; cruore uel minimā corpis partē. VE.
Lōgū factura essem sermonē si maloz meoz seriē o/
mnē explicare uellē: qd ad auctores tamē prin& pos/
sim eos breui uerbo tibi significare: mortales scilicet
a qb; tā diu i modū uulnerata atq; cruēta sum. PHI.
Mortales ergo tantoꝝ tibi malorum auctores: VE.
Mortales. PHI. Quasi diuinabā. nā eoz ipbitas sa/
tis mibi ac sup manifesta est. qf & iā p̄ ifinita scelez eo
y turba ita sū aspnat; ita dedignat; ut nō mō a dome

4
stica eorum consuetudine: sed & ab aspectu insup me
prorsus abstulerim: satius ducens mihi existimans q̄
dulcius in his vastis solitudinib⁹ uitam agere: cū hac
uili & trita ueste cū tuguriolo uel minimo quo uētos
arceam capere tenues cibos. limphas habere in delici
is: q̄ summa cum omnium diuitiarum atq; dignitatū
affluentia uersari inter tot portenta flagiciorum: q̄/
bus ad summum usq; omnia referta sunt mortalium
testa. Quę cum neq; oculis conspiciere: neq; cogitati
one prope sustinere possim: id factum est cuius cau/
sam a me querebas: ut tam incult⁹ & squalidus elege/
rim hęc horrētia magis loca inhabitare. Sed tu: oro:
enarra mihi atq; a principio repete causas malorum
tuorum: q̄s uti magna cum attentione ita graui non
sine dolore auditurus sum. VE. Accepisti ne unq̄ ul
las cęlestes uirgines ab optimo maximo q̄ parētē me
o ad mortales demissas fuisse: PHI. Hoc ex te cupio ī
telligere. VE. Demissa iam p̄dem concordia: Demissa
pax: demissa iusticia & item pudicicia: demissę innu/
merabiles alię eximia specie cādenti q̄ pudore uirgi/
nes: despectę uero a mortalibus omnes ludificatę: p
fugatę: & per totum orbem exagitatę: ac demum un
de uenerant regressę sunt. Demisit me postremo amā
tissim⁹ mortalium parēs me⁹: ratus p̄pter maiorem
quā prefero uult⁹ mei reuerentiam & dignitatem nō
tam graues modo me iniurias excepturā: Sed hono/
ri insup magno ac uenerationi apud illos futurā. Et
si qd erat qd p̄pter me animo angeret: id unum erat
excellētia formę: corpis q̄ nuditas. quę eum coge/
bant obscenas atq; impuras aliq̄rum: si quas offendis

sem: manus uereri. Quod uero longe cogitationem eue-
tus sefellit. quod longe alia crudelitatis magis quam obsequi-
tatis facinora extimescenda erant: quae tot ac tanta sus-
tinui: ut cum audieris praegre inhumanitate uix illa cre-
dibilia tibi uideantur. PHI. Ni fallor eadem intellige-
re uideor praecipuos inter mortales tanti sceleris reos
VE. Quos? PHI. Circulatores & uanos quosdam noua-
rum artium ostentatores. qui uel fucatis herbarum cinna-
tionibus uel fictarum imaginum gestulationibus illu-
dunt maxime rudi populo: quibus nihil est ueritate a-
lienum magis atque incognitum. VE. Parum uel nihil
habeo quod istos accusem. Nam ludunt magis quam ledunt eorum
artem. PHI. Mimi ergo te leserunt & histriones. qui quos
uolunt hominum gestum & uoces ipsi effingere & emetiri
possunt? VE. & hi minime quam superiores. Nam offendunt ne-
minem unquam: delectant autem quosque iocis & salibus suis.
PHI. At credo manus intulerint qui imposturam faciunt:
conantes uim naturae inferre dum ignobiliores metal-
lorum materias in pretiosiores uertere atque adulterare
uanis artibus suis contendant: ut uel ditescant magis: uel
quae non possunt supposito quodam studio magis inuesti-
gant. VE. Deploranda sunt alium de grauius uulnera me-
a: quae quae & non nihil (fateor) me leserunt hi impostores.
Sed puniuntur satis stulticia sua. nam delusi tandem impo-
siti quae suis per semet impositionibus redigi solent ad sum-
mam calamitatem. PHI. Leserunt te ne forsitan aruspice-
um & astrologi ceteri quae quae diuinationem aliquam praesentent:
qui uarios uitae mortis quae euentus praenuntiantes tunc fallunt
maxime cum certi uerius quae uerum aliquid se intellex-
isse arbitrantur. VE. Neque horum ullam in me iniuriam que-

5
ror. Nam quo absconditam magis futurarum rerū
rationem aperire atq; notā possint efficere / elaborāt
plurimum & insudant. q̄ si minus q̄d conati sunt ex/
equantur adscribendum id magis est debiliorib; in /
genii neruis ac uiribus q̄ prauitati ulli & malignita/
ti. PHI. At cogor & iam de philosophis male suspica
ri. q̄ cum abstrusa queq; nature scrutari morū q; rati
ones fundare contendant: tot contrarias inter se ex/
citant lites explicatas q; nondum concertationes: ut
nulli adhuc certa eorum que tradūt ueritatis uia pa
tefiat. VE. innocentissimas & hī q; ab iniuria mea ma
nus habent. q̄ & si falsa opinātes sepius magis irretiā
tur errorib;: inuestigandi tamē ueri una omnium ac
par est intentio. ad quod pro suo quisq; captu diuer/
sa ducitur opinionum uia. PHI. Qui tandem restāt
q̄ tantis te affecerint malis nisi gerrarum ineptiarū q;
pleni logici: qui mendaciis semper & cauillationibus
certantes nunc currentes sedere: nunc sedentes cur/
rere credi uolunt. atq; nunc homines asinos risibiles
garriendo adstruere conantur. VE. Haud istud qui
dem dixeris. nam precipui ipsi ante omnes quos me/
morasti: ueri cultores sunt. cuius querēdi indagā/
di q; gratia proponunt tales quasi quasdam ambitū
culas deliramentorum q; imagines. sed solida est eo/
rum uis atq; arguta. neq; gerrarum ut inquis ac ine/
ptiarum plena. PHI. credo omnia ut narras. nam
nunc in mentem ueniunt certissimi omnib; q; notif/
simi hostes ac inimici tui: VE. qui nam; dic obsecro.
PHI. Quis nesciat poetas / confictis nescio quib; nu/
gis ac fabularum portentis totum orbem impleuisse

VE. Quę indigna audio! PHI. Cur indigna! VE.
Nam nullum est mortalium genus a quo magis q̄ ab
his uenerata: aucta illustrata q̄ sim. PHI. Cur et go
uulgo fert̄ poetar̄ om̄ia fingere & em̄tiri! VE. Cur &
multa alia uulgo ferūt̄ uana. stulta mēdaciōra q̄ iis
quorū poetas insimulant̄: q̄ cum corticem rerum: ut
aiunt: tātum intelligāt̄: ea & iam tantū diiudicāt̄ quę
oculis exterius apparētia intuent̄: Sed ad cognosce
das magnas arduas q̄ res oportet latētes celatas q̄ eo
rū quę dicuntur rationes intro speculari pensare q̄
uim omnium castigato lōge ac perpenso examine iu
dicii. ad quod penetrādum nulla bebetis & crassi uul
gi uis q̄ntūlibet magna & acris sufficere potest. PHI
Et quid in se habent poetarum carmina q̄d lateat ue
rum: fidele: magnificū: dignum q̄ ueneratione! VE
Quicquid ad intelligēdas uarias regum ac populorū
res gestas p̄tinēt̄. uel ad cognoscenda archana naturę
morum q̄ & uitę salubria instituta conducit. Nam a
nulli? sapientię p̄fessore melius q̄ a poeta diuersorū
temporum ac locorū uices situs & gesta scribunt̄: ne
q̄ philosophi naturę morum q̄ rationes melius: neq̄
astronomi cęli astrorum q̄ uim ac meatū doctius: ne
q̄ musici uocum numeros & concentū elegantius: ne
q̄ cęterarum quicq̄ suarum artium p̄cepta fidelius
q̄ poetę tradunt. atq̄ ideo excellenti quadam denomi
natione poetę q̄d idem est ac factores appellati sunt.
Qua in re nō pauci seiplos deceperunt. qui cum uix
pinguem quendā ac iudicio satis suo resonātem cano
rem: syllabarum & iam debitā p̄porcionē uiribus su
is expresserūt: actutum se heliconis aquas plenis fau

Lanis poeta
rim

6

cibus hausisse: atq; in summum parnasi cacumen ascē
disse arbitrari sunt. Et cum cunctis in disciplinis cu/
iq; sua & si mala placere uideamus; mirum tamē est qd
in poeticis maxime id uicio datum sit ut ingenio qd/
q; suo blandiatur: ut inepto quilibet deferat quilibet carmi
ni suo ac tribuat multum: ut nemo nō musam suam
ueluti simia gnatum suum charipendat/ laudet atq; i/
tent/ admiretur. At p̄necessaria est ad instruendum
carmē longa auctorum & qdē eruditorum lectio: lō/
gus & inundans litterarum fluuius: qui abundanter
suppedit tanta quę dicenda poetę incumbunt. Pe/
tenda sunt p̄uestiganda q; diligent nota quęq; & pro
pria atq; reb; suis/ cognata uocabula. Aduocādę sunt
non plebeię aut seruales: ut ita dicam: sentencię. Sed
quę a uulgi fece segregatę nitido qdam decore ac ue/
nerabili sui maiestate resplendeāt. Sed p̄ter hęc qd
maius restat: opus est grandi & p̄mpto atq; acri inge
nio qd cogitationes suas facili exp̄mere: polite ordi
ri: luculenter narrare queat/ qd uerba sentēcial q; sci
at artificiose uersare: uarie distinguere: apte cōtinu
are: quod castigate: conciniter q; loqui moderari au
ribus: & p̄ rei cuiusq; dignitate sublimiter: presse: cō/
citate: tempate: omnia p̄sequi possit. Quę cuncta q/
niā arduum ac difficillimum est assequi: ideo qui bo
ni probati q; poetę extiterint rari qdem & p̄henicis i/
star in lucē p̄dierūt. Sunt q; eoz ingenia diuini ma/
gis muneris q; humanay uirium. q; cū tot ligati & stri
cti q; sint uocum ac mensuray legib;: tot uocati a dif
ferendis uariis reb; & disciplinis: haud facile illis ef
fer omnia p̄petuo felici q; stilo cōplecti: nisi adiuuāte

na

no

Lanus poetarum

instigante q̄ dei miro assensu ac spiraculo atq̄ do/
mestico contubernio: calescente q̄ diuini spiritus i/
gni q̄dam ac deflagrante magis incēdio. quos idcir
co & iā furore repleti & debacchante quasi quopiam
p̄fluio spiritus circumactos futura sepius p̄dicere
manifestum est. Nam postq̄ dulcis illa flamma cō
caluit: mox uilescere humana: ppria uero fieri & sa
pere diuina incipiūt. tum rapit̄ mens corporei sui
quali ergastoli oblita: agitur q̄ tanq̄ c̄lo uaga & li
bera: fruit̄ q̄ deliciis eius prophano uulgo incogni
tis. quas & si nō gustu certo: at imagine saltem & o/
dore quodam cuius suauitudo facile nunq̄ explicari
posset: attingit. Proinde q̄q̄ licentior est causa poe/
tarum: q̄ ueluti reges atq̄ imperatores qual uolunt
sibi litterarias leges rogant exempti a communi qua
ceteri coartant̄ grammatica simul & historica neces
sitate. Inde fit ut q̄ liberiores eorum terminos ac
fines: officii q̄ ipsorum laxiores habenas ignorāt:
mirentur accusent q̄ tantum q̄ fingendi queq̄ sibi
licentiam uendicarunt. Sed si intelligerent diuer/
sum longe ab historicis ceteris q̄ scriptorib⁹ eorum
officium: cognoscerent q̄ diuinam mentis ipsorum
concitationem: qua succensi magno q̄ quasi p̄cipi
tes impetu rapiuntur: nō accularēt modo sed com
mendarent insuper maxime uelatas quas ipsi intex
unt figuras rerum q̄ figmenta. Nam quum carnē
non sine furore mentis diuino q̄ afflatu exp̄mi pos
sit: occupatum haud esse conuenit poetam in uul/
garibus quibusq̄ ac minutis rebus: Sed excellentem
& cum deo fabulantem atq̄ iocantem spiritum ne/

celle est liberum agi. & res gestas nō historici more
 cuius pedestre magis ac seruire est officium : ita ex/
 plicare ut sub instrumento publico & fide testium
 tabellionis q̄ auctoritate claudi uideantur . uerum
 sicut uaticinantes & Apolline pleni solent: oportet
 rem quanq̄ ita ut est ueram exprimere : exprom /
 ptam q̄ non cum nuda & rudi simplicitate apertam
 ostentare: sed cum uariis decoris q̄ uelamentis: tor
 tuosis figurationibus: obliquis q̄ traductionib⁹ in
 uolucere: atq̄ per dulces fabulosos q̄ quasi q̄sdā am
 bit⁹ & ambages magnarum rerum ueritatem signi
 ficare : q̄ festiuorem sic illustrata acquirat sermo /
 nis uenustatem & leporem cultum q̄ decentiorem.
 festiuor q̄ taliter ac decentior facta summis tantū
 & p̄stantibus ingeniis perspecta innoteat. crassis
 uero & deiectis qualibus iners totū abunde scater
 uulgis ignota penitus atq̄ abstrusa delitescat. Pu
 det liquidem poetam tam preciosam supellectilem
 suam omnibus passim nisi lectis & perfectis dare tra
 ctabilem atq̄ domesticam Hinc est unde inualuit a /
 liquando uana ea q̄rundam inscicia q̄ quoniam tan
 tum quod oculis subiectum habent intelligant: au
 si sunt tam mystico poetarum artificio calumniam
 inferre: mendaces eos & falsos appellantes propter
 blandas quas commenti sunt & prurientes fabulas
 nescientes uero poetici officii modum cuius nō tam
 proprium est sanctis prodelle exemplis & institutis
 q̄ dulcibus insuper oblectare uerborum inuolucris
 & figuris. q̄bus ueritatem rerum & magnitudinem
 nō: qd falso ipsi putāt obtenebrarūt & diminnerūt

sed exornarunt magis digniorem q̄ ac relucētiorem reddiderūt. **PHI.** Magna de poetis narras. **VE.** Et quę magna & quę uera sunt narro. **PHI.** Et quę uera ego quoq̄ esse puto. Sed expone tu mihi: q̄ te ita cruenta uerūt. **VE.** Exponā tibi ex ordine. Q̄ primum enī iussu magni omnium parētis descendi in terras: libuit p̄us q̄ cōuenirem mortales: inuiserē inferna loca: ubi q̄nto honore fuerim ab omnib⁹ illius regni incolis suscepta: nuda q̄ a nudis ipsīs hospitata nō possem facile ullo sermone comprehendere. adeo me rigidus & incultus Charon: adeo me seueri & duri iūdicēs & pluton ipse magn⁹ ceteri q̄ omnes libenter aduentantē uiderunt: uisam q̄ admirati reueriti q̄ maxime & uenerati sunt. Mox ī mortaliū orbem iter arripui: credens & iam maiores longe ab his honores adsecuturā. ita me uana decepit credulitas mea. Tum p̄mos offendi ingentes bellatorum exercit⁹ cū multis munitissimis ad expugnādas ciuitates machinis. **PHI.** Nūc rem intelligo. ipsi ergo illi suis te gladiis & hastis tam acriter cōfoderunt. **VE.** minime. & si enim infinita cōtinue committāt flagicia: nūc horum opes diripiant: nunc illos afficiant uulnerib⁹: nunc alios iugulent: mētunt tamē nunquā. **PHI.** Quonam modo? **VE.** Nam non minus impudētia sunt eorum dicta q̄ facta. q̄ cū multa crudelissime rapacissimi me q̄ faciant: nō aliter tamen ac fecerint se uel fecisse uel facturos esse unq̄ cōfitentur. **PHI.** Probe. Sed q̄ te: tādē dic: ita grauit̄ afflixerūt. **VE.** cōspicata tū uastum pelag⁹: animo uersare cepi terras ne prius an maria inuiserē: uicit q̄ sentēcia ut ad minus frequen

8
tatas turbis undas me conuerterem. At uix illuc
attigeram conscenderam q̄ naues q̄ primum tunc
aculeos malorum meorum experta: conspexi tan
tam scelerum omnium turpitudinem quantam:
nisi his oculis haussissem: nullo unq̄ modo ante mi
hi persuadere potuissem. Horrendum dictu: ui
disses ilico in me omnes impetu facto/correptis to
tam flagellare mali rudentibus: quibus cęse con
tuse q̄ grauiter mihi scapulę nigrorem adhuc su
um atq̄ liuorem aperte testantur. Tum ferire gu
bernaculis: clauis: antemnis: arpagonibus: tonil
lis: remis: contis: anchoris. tum iacere trocleas:
portifculos: supara: artemones: scalas: parastaf
transtra: tabulata amplustria: summa q̄ & iam ma
li carchesia. Atq̄ his ego ita primis malis pulsata:
cruore q̄ non modico conspersa proripui me in
de ocius: petii q̄ terras. tum ibi statim aspicio la
tam & apcam planiciem: patentel campos: saltus:
uineas: prata: hortos: insudantes q̄ in iis longo o
pere indomitos agricolās q̄s & si olim a strea dum
ab immortalib⁹ emigrallem postremo loco inuise
rit: primo tamen ego cōuenire statui propter ru
diorem simpliciorem q̄ ipsorum naturam: rata &
proinde humaniores obsequentiorel q̄ erga me il
los futuros esse. Concessi itaq̄ illuc cōtemplata q̄
eorū mores uidi que uidere dolui furta: rapinas:
insult⁹: audaciā: plura q̄ alia & grauissimā scelera
Vix autem eos dulciter amice q̄ salutauerā cum sti

mulis primo ac si bos illis uisa essem me pungere. de
hinc stiuas: bures: uomeris: aratra: dentes: iuga: ra-
stros: hirpices q̄ dētatos i me mittere aggressi sunt.
putatorias & iam falces mellorias ac fenarias. tum p-
cutere me acriter cylindris: panniculis: tribulis: uā-
nis: uentilabris. tum ligonibus: bipaliis: sarculis: bi-
dentibus: tutiis: fuscinis: runconibus: rastellis: fur-
culis: palis: pticis: cratibus: corbibus: qualis. Discel-
si ab eis tandē tam immaniter uulnerata. & in urbes
tanq̄ in tutissimum diuersorium saluberrimum q̄ la-
borum meorum leuamē sfugi. cogitans uero quam
ex omnibus q̄ urbes colerent modestiores essent atq̄
sanctiores in animum induxi mihi sacerdotes p̄mū.
Iter itaq̄ fuit mihi ad templa aras q̄ magnorum celi/
tūm. speculata q̄ itidem ibi diligentē mores habit̄ q̄
sacerdotales: delectata sum certe p̄mo eorū congres-
su. Nam decens suus erat habit̄ pariter & incellus.
deinde inuocant sēpius dei adiutorium: uel p̄ uiuen-
tibus sanctam pacem: uel p̄ defunctis regem: uel pro
uniuersis ueniā & misericordiam implorātes: diuina
semper laudes sublata uoce resonabāt. Non nulli &
iam publice declamātes nunc uirtutes summa laude:
nunc uicia graui accusatione p̄sequebātur: atq̄ ab his
deterrebant: ad eas magnopere quēq̄ inuitabāt. Pla-
cuit mihi hęc exteriorum uitę eorū facies: p̄sertim q̄
in dei maximi & optimi collaudatione quo nihil fieri
potest melius aut dignius: semp̄ eos occupatos uide-
bam: cupiens q̄ in eorum strictiorē uenire familiari-
tatem. introiui incontantē secretos & iam ipsorū tha-
lamos. ubi p̄tereo quę uiderim singula exteriorib̄

9
minime interiora respondentia. Sed id saltem non o-
mittam qui atrectantes frequenter lectitantes q̄ bre-
ues quosdam codices : a quorū breuitate nomē & iam
illis consonum indiderūt: cōcitato q̄dam & prerupto
oris motu ferebant: bibliētis q̄ instar amphorę mul-
ta magis quasi obmurmurabāt q̄ pferebant. in q̄bus
quātum coniectura carpe potui: diuinas q̄s supra me
morauī pactiones atq; inuocationes faciebāt. Sed ne
q̄ ego quę dicerēt facile accipiebam: neq; ipsi: ut arbi-
tror: plane intelligebant. & si qua erant quę percipi
pollent: ea tantum erant (nescio quę uerba titubata .
quę magna cum labiorum festinatione ac confusione
perstrepebant. Nec mora: magno in me cum insultu
prouerūt. correptis q̄ breuib; illis libellis suis in o-
culos colliserunt atq; contuderunt: ut dexterum pe-
ne hunc mihi quē lēsum adhuc uides: eruerint. Tum
aceris: arulis: cādela bris: cęreis: emūctoriis: lichnis:
lampadibus sacris q̄ omnibus uasis. atq; ipsis postre-
mo quę summum cęli regem hominum q̄ liberatorē
affixum sustinebant sacratissimis crucibus ita me inse-
ctati sunt: ut prope tunc mihi desperandum omnino
esse putauerim. Sed aufugi inde citius subiacens mul-
tum tam uanę crudelitati decepta q̄ de his opinionē
meę. Egredia uero fores templorum: neq; uidens ad
quos me conferrem: euolauī in plateas uias q̄ pu-
blicas. Quot tum mihi & quanta se palam obiecerunt
undiq; ementium uendentium q̄ inter se uelamenta
atq; mendacia. quanta mercatorum redemptorum q̄
piuria: profonetarum iuolucra: insitorū fraudata

negocia: numulariorū p̄stituta lucra publicanorū
audacissima scelera. quantę artificum deceptiones &
depravationes: quāta nō uirorum modo sed & femi
narum insup atq; puerorum mentita uerba parit &
facta. q̄nti & horum fuci. q̄ntę nebulę. q̄rum: qđ de/
testabili? est: eo magis & indoles probat: atq; magnū
aliquid de se polliceri p̄dicat q̄ mētiri ac magis falle/
re alluescūt. Fēminę in me p̄mę iecerunt fusos: colos:
uerticulos: glomera: mataxas: panulas: tibicines: ra
dios: pensa: acus: calathos: thecas. tum gēmas: lapil
los: uniones: uiriolas: ānulos: iāures: armillas: che/
lidros: dextralia: lunulas: torques: catellas: murenu
las: peuscelidas: semicinctia: mitras: anademata: di/
scriminalia: calamistra: specula: matulas: olfactori/
ola: sudariola: scalptoria: dentifricia: dētiscalpia: au
riscalpia: atq; innumerabilia quę magis & iam me lese
runt unguētaria uasa elegantioris q̄ necesse sit forme
causa parata. Post puerorum ingens & conferta tur
ba raptim me fustib? ac saxis impetierunt. Tum po
puli longa multitudo ut hincinde cōcitata fugiebā.
atq; omni ex genere artifices quę p̄ suo quisq; usu pa
rata habebat instrumēta magno cū furore in me mi
serunt. Vidisses uolitare laniorū: cerarioꝝ q; mēlas:
trapezophora: trutinās: pondera: ferramēta: hamos
uncos: retia: curricula: nallas: cultros: machaeras:
dolabra. Cocorum pistoꝝ q; abena: cacabos: chitro/
pedes: creagraf: uerua: craticulas: testas: sartaginef:
patinas: olas: fidelias: lebetes: mortaria: pila: rudes:
alueos: scaphas: labra: cribracula: palas: rutabula:
batilla: fulcinulas: forcipes: uncinos: scutellas: pro/

mulsidaria: parapsides: coclearia: quadras: lan-
 ces: catinos: cauponum ciathos: sciphos: urceo-
 los: oenophora: pateras: obbas: trullas: calices:
 phialas: colūnaria: amulas: cātharos: aschopbas:
 lagenas: congios: ancones: cymbia: crateres: ā/
 phoras: cados. **Pictores:** pugillares: stilos: colo-
 res: peniculos: spongias: conchas: cauteria. suto-
 rū forfices: acuf: formas: mensuras: scalprof: su-
 bulas: mucrones: digitalia. **Calonū** q̄ ac omnis
 generis fabrorū forpices: malleos: incudes: fol-
 les: secures: fibulas: festucas: uectes: trullas: per/
 pendicula: normas: regulas: amulles: modulof:
 circinos: tornof: maniphures: limas: tela: scaphi-
 a: ferras: dolas: ascias: terebras. **Medicorū** ton-
 forum: pigmentariorum q̄ pelues: cucumas: no-
 uaculas: forpices: cucurbitulas: cotef: scalpellof:
 specilla: uofellas: hamulos: modiolos: diocles:
 scaphia: matellas: pixides: piperatoria: mortari-
 ola: pistillos: rudiculas. **Quibus in me diu gra-**
uiter q̄ ac grandinis more ruentibus pene tan-
 dem deficere cēpi: quum rotabar undiq̄ & exa-
 gitabar incerta mei ac anxia: nec quo diuertere
 tutum ullum conspiciens locum: ecce pueni for-
 te ad fora publica. ubi & mira intuens cum gra-
 uitate prētores atq̄ prēfides multam item toga-
 torum capiciatorum q̄ hominum turbā q̄ uel iu-
 dicabant uel procurātes ipsi causas aliorum dice-
 bāt: allecta sum p̄mo ip̄sorū aspectu: nam & sin-
 gulari uidebant prēditi modestia tū & lōgiores
 laxiores q̄ corū toge magnā simul & sapientiam

& uitę integritatem ostētabāt. Accessi ergo p̄pius ad
eos existimās me de charybdi iam securum ī portum
applicuisse: cum subito incircumspectam latrātib⁹ ca
nib⁹ in scyllam uideo me delatā ac p̄cipitatā. Nam
quas ibi non audiui horrendas latrantum caufidico
rum uoces: quas non iudicantium iniquas interlo
cutiones atq; diffinitiones: quas non uidi p̄torum
ambitiones: q̄s nō aduerti tabellionum scribarum q;
falsitates: quos & iam cum p̄mo adiuuissem tanq̄ hu
milioris conditionis homines: mirum ut q̄ntoci⁹ ca
lamariis simul atq; glaphariis thecis: calamis q; ac a
tramentariis uasis: scalpellis: & iam & ceteris scripto
riis ferranētis suis in os mihi oculos q; acrit̄ insulta
uerunt. Mox acrit̄ q; & impudenti⁹ p̄terue in me au
si p̄sides: afflores: circūlatrātes q; undiq; illi scyl
lei canes: tā lōg⁹ tā q; uenerabilis ac togat⁹ ordo: atq;
ī me primo unguibus debinc dentib⁹ crudelissime sc̄e
uientes dilaniarunt totum mihi atq; ubiq; corp⁹ ex
ederunt. quorum quotiens recordor caninā illam ra
biē: morsus uenenatos: famē q; nō min⁹ ticiano uul
ture ardentem & indomitam: contremisco totiēs de
frituor q; tota pene p̄e recordatione. ita mihi pene
trauerūt ultimos & iā cordis recessus ut hoy compa
tiōe p̄ora certe que excepam q̄uis amarissima uulne
ra prope dulcescerēt. At postq̄ defessi p̄us q̄ exatiati
sunt malis meis liq̄re me tādem. Ego uero q̄ntū uul
nerum acerbital magnitudo q; sinebant maturauī in
de fuga. & que unica tātū restabāt loca cōtuli me ad
curial p̄ncipū atq; eoz q; p̄ncipib⁹ assistebat potētiōz
boīm turbulētissimas turbas. Neq; uero dicā q; passim

11

ibi singula uiderim licentiora & iam quae supra recensui. Loquantur pro se conculcati pupilli: flentes uiduae: egentes prostrati: innocentes damnati: optimi quoque accusati: proscripti: multati. Illud tantum memorabo quod praeter indignitate rerum tanta commota sum commiseratione: ut quum innumerabilibus iam corporis uulneribus exhalandam usque ipsam animam confecta essem: maiore tamen cum dolore & anxietate tulerim non uuum id animi uulnus quo punctam transfixam quae in credibilis quedam me tot ac tantorum malorum prauietas affecerat. tam grauis erat atque miserabilis facies eorum. Que quum uiderem non magno poteram sine horrore itueri. Miraris forte pietatem teneritudinemque animi mei. sed miraberis longe magis furorē eorum qui longo in me concitato agmine quasi debacchantes non ferro quidem me extinguere (nam extingui haud posse me ferro intelligebant) sed pugnis: saxis: calcibusque contunderē: strangulareque laqueis: promptum certumque mortis meae genus arbitrati sunt. quae nec trahi contusam & strangulatam rotare demum per pedes ac quassare illidereque terrae pro ui sua quisque contenderunt. Quibus tantis malis affecta postquam non tam rabiam exatiauerunt suam quam extremum (si quidem adhuc restabat) spiritum me exhalasse crediderunt: eiecta sum in pomerium urbis tanquam uilissimum cadauer depascendum canibus atque feris alitibus. Sed quas non inueni cunctis & iam hominibus mitiores feras & uolucres: quid referam quanto me studio & amore persecuti sunt in primis canes tum corui & uultures ceteraeque aues & iam immaniores. qui conglobati caeuatim omnes as-

sistentes q̄ mibi certabant nunc hęc plaudere alis: con
queri dulciter & cōdolere: purgare rostris uulnerū
laniem: nūc illi pedibꝫ cauda q̄ blandiri / lingere uul
nera plagas q̄ mulcere donec quę superat adhuc scin
tilla uitę meę calefcere redire q̄ sensim in ueterē flam
mam atq; restitui cępit. Quid cū iam ualentior facta
inde secessissem: quid narrabo tātum: nō canum mo
do & altum sed leporum & iam urforum / tigrum /
omnis q̄ generis ferarum expta sum mansuetudinē:
prope q̄ dixerim humanitatem: Nam post longa quę
sustinuerim mala quum ex urbibus omnino statuis
sem migrare / in abdita loca perrexi in siluas & nemo
ra tanq̄ securiꝫ in refugium uitę meę. Nec uero me
a me fefellit opinio. nam quanta me p̄us homines af
fecerāt iniuria / tanto postea me honore siluestres fe
rę atq; alites. a quibus tam amice suscepta sum tam se
dulo semper & officiose comitata: ut: quod de homi
nibus ante credideram / uiderent ipsę humanos mo
res: mutata utrinq; natura: sibi uīdicasse. Debinc ue
ro capta desiderio: ut fuit: plura inuisendi conscēdi
altiora hęc colliū atq; mōriū loca. in q̄bus & multos
iā erraui dies. neq; mortaliū quenq̄ adhuc offendi p̄
ter te. cuiꝫ p̄mo & iam aspectu offensa nō potui nō ti
mere: memor eoz quę tibi rēuli a mortalibꝫ sustinu
isse. tū secuz paulatī recepi animū: postq̄ inter loquē
dū tā manifesta egregię uirtutis tuę ac demū amoris
signa demōstrasti: qn maiorē in modū admirata fui i
ip̄o sermonis aggressu: q̄ te unum ex omniū morta
liū turba iuenissem tā mitē: piū: rectū: tā q̄ singula
ri p̄ceditū bonitate. Sed philalethem postq̄ te meum

124

esse intellexi: quē & præcipuum & ante omnes unum
ut inuiserem iusserat parens meus: conuersa sum ili/
co ex admiratione in maiorem gratulationem: quę
te mihi aliquando oblatum habuissē: ut cum ad pa
trem meum reuerterim possem post longam reliquo
rum mortalium in me crudelitatem ac immanitatem
tui & iam unius summam uere quę ab illo mihi prænun
ciatā humanitatē & pietatem referre. PHI. O quę au
dio tristia: dira: infanda: execranda. O ferum: cru
dum: immane: barbarum: O impudens: O pestilens
mortalium genus. O quę debiscat uobis terra depe
reat quę tota chasmate. O toleratissimum magnum to
nantem. O fulmina quid cessant tua: O inanes: O ex
tinctas iam faces tuas. O inulta sic abibit tanta uora
go: flagiciorum tanta licentia. VE. Noli tam graui
ter angere Philaethes: satis ac super enim pęnas dabūt
miserrimi mortales. Sine tantum ad parētem meum
redeam: narrē quę tam præclara quę tibi eorum bene
facta memorauī: patientissime longe quę quidem sunt
aures ei. sed haud surde tamen. Sultin & diutius ille
peccantes quos puniat acrius tandem atque castiget. PHI
Nisi iam prædem satis perspectam habuissē impurita
tem hominum: quę unquam adduci modo potuissē ut tan
ta quę uel uideo uel audio crederem teterrimę crude
litatis exempla. VE. Pone iam questui modum. PHI
Et pono quidem. Sed tu: oro: prius quam abscedas digna
re tantisper domum meam inuisere mecum quę quiescere: ut
in præsuperiore ualitudinē restituta: ac tam atra uulne
rū a tabe purgata/pollis demum mundior: elegantior quę
parētē tuam cōuenire. VE. Imo præstat ita ut sum cruenta

abire: ut manifestius impietatem eorum præ oculis illi
ponā. PHI. Donato mihi saltem paucos dies ut dul-
cissimæ presentie tuæ fructu nō omnino priuat⁹ sim.
VE. faxo ut uis. PHI. nō ducam te in splendida edi-
ficia: lautas q; mensas. tuguriolum est mihi qd mani-
bus ipse meis extruxi. iuxta quoq; antrum nature so-
lertiore manu fabricatum. Porro uxor comes uite
mee non cultiore q̄ ego amictu uestita. sed pudica &
sobria seruat domū. Gnati q; p̄similes mihi. sed nu-
di ita ut te quasi representent. Capellas tantum pau-
cas possideo: quas circum hos quotidie ago montes.
quæ & lactis nobis uberrima suppeditant alimenta.
Pomis etiā & nucib⁹ uescor. potum aqua ministrat:
mella aliquando mihi deliciae. Tum ubi nox aduenta
uit salientem propter fontem crepitantib⁹ q; & saxi-
is dulci murmure deriuātem fatigata membra com-
pono. subtractis q; arborū foliis capio somnum. Sed:
qd̄ onel exupat delicatissimas dapes & magnificētissi-
mos apparat⁹: est mihi pax & quies perpetua. doli p-
cul & fraudes. nihil timoris: nihil odii: nihil insidia-
rum. fida obseqtur coniunx. dulces applaudūt gna-
ti: audiunt: gaudent: rident: iocant⁹: letus q; ego bi-
laris: liber: contentus minimis: uacuus molestiarū:
securus omnium & ab omni prorsus anxietate atq; a
nimi pturbatione exempt⁹ ago. In has ego; nisi for-
te fastidis; te excipiam opes meas. VE. minime fasti-
dio: quas pactoli & iam barenis longe pluris facien-
das puto. PHI. eamus: iam nam aduersperalcit. ui-
des ut fumant tecta: nō multum absum⁹: illuc dicto
citius contendam⁹. VE. atq; ego te sequor libens;



